



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Triapostolatus Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

21. Conclusio miraculorum S. VVillehadi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

dio luminibus oculorū orbata, exorante Beato viro, ibidem sanitatem recepit illuminata.

XXXIV. Porro de Liastmona quædam fœmina Rotgardis vocata, multis iam annis vno pede clauda, cum duobus baculis præfata adiens Basilicam, gressu amissi pedis sibi reddito, sensit Beati viri verè diuinitus concessam in eodem loco flagrare virtutem.

### CAPVT XXI.

*Conclusio miraculorum S. VVillehadî.*

**F** Verunt præterea multi causâ recuperanda salutis ad eundem locum properantes meritis Beatissimi Pontificis in viâ sanati. Quorum aliorum relatione innouit sanitas & quia nequaquam ipsi, vii cœperant, locum sanctum expetere curauerūt. verum magis sanitate donati, ex itinere redeuntes ad propria festini cum gaudio sunt reuersi, Dominum & Beatum VVillehadum magnificis laudibus prædicantes.

Verum nos, ne prolixior narratio onerosa fiat legentibus, hæc & alia multa intermiscimus, quæ tamen plurimorum ore vulgata in populis habentur. Corpus autem ipsius Sancti, quod iam tunc à loco requietionis suæ in alteram translatum fuerat Basilicam nos cum maxima fidelium turma ac Cleri innumera-bilis conuentu, exinde sublato feretroque impositum magnis populorum vocibus in laudem Dei ac Beati viri concitatis die depo-

*Corpus S.  
VVillehadî  
secundò tras-  
latum in se-  
cundâ Basile-  
licam.*



depositionis illius, in nouâ, quam tunc dedi-  
cauimus, collocauimus Basilica: Vbi hono-  
rificè compositum, magnificè postmodum,  
atque innumeris claruit virtutum indicijs; &  
de die in diem meritis Beati viri multiplicia  
inibi crescunt miraculorum signa. Agitur au-  
tem dies depositionis eius simul & transla-  
tio corporis VI. Idus Nouembris, ad lau-  
dem & gloriam Nominis Domini nostri Ie-  
su Christi, qui cum Patre & Spiritu Sancto  
vnus & verus Deus viuit & dominatur  
per immortalia secula seculorum.

Amen.

